Veneranda ſacerdotum dignitas. ſi digne ⁊ ſacerdotaliter vixeritis. intra quoꝝ manus velut in vtero virginis. filius dei incarnatur. O celeſte miſterium. quod per vos pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus tam mirabiliter operatur. quod vno eodēq; momento idē deus qui preſidet in celo. in manibus veſtris eſt ſacrificium. Gregorius Hoc tam inſigni priuilegio ſtupet celum. miratur terra. veretur homo horreſcit infernus. cōtremiſcit dyabolus. veneratur angelica celſitudo Quid ergo retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. verbi gratia. Iſte qui creauit me dedit mihi creare ſe. qui creauit me ſine me. creatur mediante me. Quid ergo retribuaȝ domino pro tam ſingulari dono ſacerdotij mihi impēſo quod eſt datum optimū ⁊ donum pfectuȝ quaſi dicat neſcio. niſi duo minuta. ſcȝ corpus ⁊ aīam. corpus in ſeruitutē ⁊ aīam in laudem. vñ p̄s. Lauda anima mea dn̄m.

Onſiderate ergo mirabilē veſtre excellentie dignitatem. ꝙ vos deus non ſolum pre cetero genere ordinauit. ſed etiam pre cunctis creaturis quas ad laudem ⁊ gloriam nominis tui creauit. vnde dominus Ego conſtitui te ſup gentes ⁊ regna vt euellas peccati maculam. ⁊ edifices corda hominū penitentiā agere volentium ⁊ diſperdas errores ⁊ plantes virtutes in animabus viuificandis. vnde dominus. Ego vos elegi de mundo. ⁊ poſui vos ad grām vt eatis volēdo. ⁊ fructuȝ afferatis fideliter operādo. ⁊ fructus veſter maneat in eternum ꝯgregando. Ber. Nullus fructus carior deo eſt q̄ȝ fructus animarum. p quibus mortē ſuſtinuit filius dei. Qui eīm deo in omnibꝫ hominibus lucrantur animas p baptiſmū. regenerāt p confeſſionē. ⁊ p penitentiam reuocant ⁊ eos ſacramento euchariſtie cibant. quaſi dicat nullus niſi ſacerdotes. Malachias. Labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiā ſcȝ dei. quia angelus domini exercituū eſt. Angelus in conuerſatione angelus diuinarum gratiaꝝ actione. angelus in ardore charitatis. angelus in ſubiectionis humilitate. Salua reuerentia angelorum quorum infinitus eſt numerus. dico ꝙ maiores eſtis q̄ȝ angeli. p̄cellitis dignitatem

torum largo modo loq̄ndo. Cui nāqꝫ angeloꝝ tradidit deus quod da-
tum eſt ſacerdoti.ſcꝫ Q̄dcūqꝫ ligaueris ſup̄ terra erit ligatū ⁊ in celis.
Ista due ſunt claues.ſcꝫ ſcientie ⁊ poteſtatis date a domino be-
ato Petro.⁊ ceteris hominibꝫ.nō omnibꝫ.ſed ſolis ſacerdotibꝫ ⁊
ſucceſſoribꝫ ſuis.licet eñ ſolus deus peccata remittat.tñ nunq̄
vel raro ſine ſuis miniſtris.i.ſacerdotibꝫ. Quod poteſt probari p̱ lepro-
ſos.quos cum dominus mundaſſet dixit. Ite oſtendite vos ſacerdoti-
bus.⁊ humiliter obedite.⁊ dum irent mundati ſunt. Probari eñ po-
teſt per lazarum.quem cum dñs ſuſcitaſſet a mortuis dixit diſcipulis
ſuis.ſoluite eum ⁊ ſinite abire. Et quare ipſe dominus non ſoluit eum
a vinculis cordis qui ſoluerat eum a vinculis mortis.⁊ quare non iuſſit
mariam ⁊ martham ſorores eius ſoluere.vel iudeos cognatos eius.q̄
erant ei propinquiores debito naturali.q̄ꝫ diſcipuli domini Per hoc eui-
denter patet ⁊ probatur ꝙ ſolis ſacerdotibus a domino data eſt pote-
ſtas ligandi atqꝫ ſoluendi. Ecce quanta dei benignitas.⁊ ſacerdotum
dignitas.quia ipſe dñs quādoqꝫ p̱ malos bonū op̱atur.⁊ hoc iō ne cla-
ues eccleſie a fidelibus paruipendant.qꝛ ſi aliq̄n ſacerdotes non habent
ex merito.tñ habent ex officio dignitatis.⁊ ſi quis ſacerdotū indignus
ſit quod abſit.hoc ſibi non tibi nocebit

Ecce quanta poteſtas vobis ſacerdotibꝫ data eſt.qꝛ lingue ve-
ſtre claues celi facte ſunt. Bernardus. O quantā dignitatē cō-
tulit vobis deus. Quanta eſt p̄rogatiua ordinis ſacerdotalis
Pretulit vos regibus terre.pretulit hunc ordinem omnibus hominibꝫ
immo vt altius loquar.pretulit vos angelis.thronis ⁊ dominationibꝫ.
Sicut enim non angelos.ſed ſemen apprehendit abrahe ad faciendam
redemptionem.ſic non angelis ſed hominibus.ſcꝫ ſacerdotibus corpo-
ris ⁊ ſanguinis ſui commiſit conſecrationem Nota ꝙ ad quinqꝫ ver-
ba ſacerdotis ſtantis ad altare.⁊ dicentis verba canonis Hoc eſt enim
corpus meum.quibus verbis dominꝰ dedit vim conficiendi in cena p-
ſtatis.vel in lotione pedum diſcipulorum in cena cuꝫ dicebat diſcipulis
ſuis Hoc facite quotienſcunqꝫ ſumitis in meam commemorationeꝫ.id
eſt ob mei amoris memoriaꝫ.quem exhibui in cruce paſſus pro vobis.
Tunc eñ vt dicit Bernardus.celi celoꝝ aperiuntur.⁊ ipſe chriſtus qui
eſt in ſinu patris mox venire dignatur in manus ſacerdotis.cui ꝟtutes
celorum deſeruiunt.⁊ panis in altari in verum corpus chriſti.⁊ vinum
in eius ſanguinem conuertitur ⁊ tranſmutatur.⁊ ſub modica forma pa-
nis totus velatur deus verus ⁊ homo. Unde Eſaias Vere tu es de-
us abſconditus.ſcꝫ in hoc pane.vt medicina ſub nebula pſalmus. Mi-
rabilia opera tua domine.ſcꝫ in hoc ſacramento corp̱is ⁊ ſanguinis tui.
et aīa mea cognoſcet nimis.ſcꝫ credendo firmiter

Cum ergo tante dignitatis ſit ſacerdos.ꝙ creator ſit ſui creato-
ris.⁊ totiꝰ creature ipſum perdere vel damnare inconueniens
eſt. Unde Iſidorus. Sicut patrem interficere filium impoſſi-
bile eſt.ſic creatorem perdere creaturam inconueniens eſt. Sicut in ec-

cleſia reliquie ſanctoꝝ quorum anime in celis ſunt condunt. ſic ipe xp̄us requeſcit in corde digni ſacerdotis. Auguſti. Elegi et preelegi mihi cor digni ſacerdotis in habitaculū dignum mee manſionis tanq̄ȝ in vaſe vitrio Licet vitrꝫ ſit de vili materia. tamen ſplendidius eſt auro ꝛ argento Sic ſacerdos p̄lucet dignior ꝛ maior corā deo omnibꝫ hominibꝫ regibus ꝛ p̄ncipibꝫ huiꝰ mūdi in ſua dignitate. vñ honorādi ſunt ſacerdotes q̄bus deus tantā in mūdo pre omnibꝫ hominibꝫ contulit gratiam ꝛ honorē. vñ dñs Qui vos audit. me audit. ꝛ qui vos ſpernit me ſpernit Apoſt. Qui vos ꝯturbat. ſ. indebite. iudicium portabit q̄cunq̄ȝ eſt ille Zacha. Qui vos tāgit ſacerdotes. offendit pupillam oculi mei Et dominus in pſal. Nolite tangere chriſtos meos. q̄s ꝛ ꝓphetas vocat dñs. Et in ꝓphetis meis nolite malignari

Agitur de Alexādro rege magno q̄ cum venit hieruſalē ad expugnandum eam. occurrit ei ſacerdos iudeorum in ornatu pontificali q̄ſiuit rex quis eſſet. ꝛ dictum eſt ei q̄ eſſet ſacerdos altiſſimi. ipſe vero deſcendens ab equo humiliter inclinando honorauit euȝ Et ſic iudei p̄ eū obtinuerunt grām regis. Quantomagis ſacerdotes chriſtianoꝝ huius tp̄is honorandi ſunt. q̄ꝛ ipe deus honorat in ipſis cuius camerarij ſunt ꝛ miniſtri. Salomon Dabit illis ſcȝ ſacerdotibꝫ electum dei donuȝ. ꝛ ſors in templo dei altiſſimi. ſ. ſors duplex. gr̄e ꝛ glorie De ſorte gr̄e ꝛ gl'ie pſal. In manibus tuis ſortes mee. i. ordo ꝛ vita electionis. De ſorte gl'ie daniel Stabis in ſorte tua in finem dierum Sapieñ. Ecce cōputati ſunt. ſcilicet ſacerdotes inter filios dei. ꝛ inter ſanctoꝝ ſors illoꝝ eſt. i. ſacerdotū. Merito ḡ gaudete ꝛ benedicite vos ſacerdotes dñi domino. laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula qui vos ad tātam gl'iam elegit

Venit filius hoīs q̄rere ꝛ non ſeducere. ſaluare ꝛ non diſſipare ſicut mali p̄lati. De q̄bus Sapieñ. Durū eſt iudiciuȝ his q̄ male intrant. durius his qui poſtq̄ȝ intrauerūt male viuunt. duriſſimū his qui male p̄ſunt. Tres em̄ ſunt q̄ſtiones. q̄uo intraſti. q̄uo vixiſti ꝛ q̄uo rexiſti. De primo Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. Si forte canonice intraſti. non p̄ precum violentias non p̄ precium. non p̄ ꝯſanguinitatē. adhuc reſtat qua intentione aut p̄ charitatē aut p̄ cupiditatem. Si ꝓpter deum. faciat que dei ſunt. ſicut q̄ venit ad foꝝ. faciat ea ꝓpter q̄ venit. At ille obmutuit. q̄ꝛ non p̄cauit ſibi de hac q̄ſtione. q̄ꝛ ocuꝰ eius nō erat ſimplex. i. intentio. igitur totū corpus erit tenebroſum. vñ dñs Mitte eum in tenebras exteriores Scđa queſtio fit per yſaiam. tu quis es. q̄ſi q̄reret. q̄s hic. q̄liter vixiſti in eccīa tua Si neſcis rñdere. ſeq̄tur Apportari te faciam q̄ſi apportat gallus gallina eius. qui maior eſt alijs Et maiores in eccleſia dei iam nihil faciunt ſed minores Tercia queſtio fit p̄ hieremiā Ubi eſt grex tuus qui datus eſt tibi pecus inclitum. id eſt valde glorioſum. Et ne credas deū poſſe dubitare de aliqua oue. dicit enim. Adhuc tranſibunt oues per manus numerantis Si igitur non ſolum pro vobis ſed pro ſingulis ſubditis opȝ

rõnem reddere. ꝙ duriſſimũ putas iudiciũ erit omnibꝰ qui pſunt. Tria
ſunt quibus optime dyabolũ vincimꝰ. ſcȝ ardẽs cogitatio. carnis mor/
tificatio. ⁊ acuta oratio. De pͥmo pſal. In meditatione mea exardeſcit
ignis quo fugas dyabolũ fulgura choruſcantẽ. maxime ſi meditatões
ſint de paſſione chriſti De ſcðo aplꝰs Caſtigo corpus meum ⁊ in ſer/
uitutẽ redigo. De tercio Auguſt. Oratio humilis diuinum promeretur
auxiliũ Chriſtus dicit ꝑ ezechielem ad p̄latum. Speculatoreȝ dedi te
domui iſrael .i. laicis Unde valde neceſſe eſt vt ſint lucidi paſtores. q̇a
nemo poteſt in ſpeculo ſpeculari lutoſo Chriſtus eſt ſol. paſtor debet eẽ
luna. luna eñ non habet lumen niſi a ſole. ita ſacerdos non debet recipe
re decorem a mundo. ſed tm̃ a chriſto. Item ſacerdos qui pro nummis
celebrat. videt̃ dicere cum iuda. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eũ
tradam. ergo nephas eſt vendere dñm ſuũ Cogita ꝙ primꝰ ſeruus vẽ/
ditor ſeipm̃ ſuſpendit Iudas enim nummos miſit in templuȝ. Peiores
ſunt ſacerdotes q̇ denarios pro quibus cantant mittunt in lupanar et
in ventrem ſuum Iudas ſemel chriſtum vendidit ⁊ de hoc penituit. et
tu forte multociens vendidiſti ⁊ non penites. caue ne deſperans teipm̃
ſuſpendas Bernardus Venient ante tribunal iudicis. audietur pu/
pilloꝝ accuſatio ⁊ grauis allegatio. quoꝝ vixerunt ſtipendijs. ⁊ non di/
luerunt eoꝝ peccata. Audi dñm dicentem. Vos comeditis peccata po
puli. Et alibi Paſce paſce. ſed non dicit vende vende. Item O bone
ihesu videtur contra te ꝯſpirare vniuerſitas populi xp̄ani. Naȝ illi i pſe
cutione tua ſunt primi q̇ in eccl̃ia videntur gerere principatum. Si q̇s
de populo deuiat. ille ſolus perit. ſed ſacerdotis error multos perire fa/
cit ſi etiam non obeſt q̄ntum prodeſt Bernardus. O ſacerdos corpus
tuum efficit̃ quotidie ſepulchrum chriſti. cur tunc ꝑ os tuũ egredit̃ falſi/
tas. ꝑ quod quotidie ingredit̃ veritas. Cur oculi tui vident vanitatem
q̇ quotidie aſpiciunt veritatem. Cur manus tue extendunt̃ ad illicita ⁊
inania. q̄ tenent tenentẽ oĩa. Cur te ingurgitas ebrietate. q̇ totus ple/
nus debes eſſe bonitate. Rogo ergo te vt fugias omnẽ vanitatẽ. ne in
futuro condemneris ꝑ veritatẽ. Tanto vtiqȝ grauius cades ab alto ꝙ
to excellentius polles dignitatis officio. Idem Bernar. O domie pa/
ſtores tui mutati ſunt in tonſores. agni in lupos. defenſores in diſſipa/
tores. q̇ deberent eſſe ſobrij. quotidie ſunt ebrij. qui p̄lati. pilati. qui caſti
inceſti. q̇ paſtores. ſeductores. Nonne totiens repetituȝ eſt. petre amas
me. paſce oues meas. quaſi dicat. niſi me ꝑfecte diligas. id eſt plus ꝙ te
tua et tuos. non intromittas te de cura iſta. nec tu ſacerdos ⁊ maxie pa/
ſtor pro ouibus ꝓ q̇bus effuſus eſt ſanguis meus Bernar. Non debet
alioꝝ ducatũ ſuſcipere q̇ non vult alios bñ viuẽdo preire. Nullus ita vi
lipendit officium ſuum ſicut clerici. Fabri ⁊ agricole mane ſurgunt. ſȝ nõ
ipſi. dormiunt eñ vſqȝ ad meridiem. Bernar. Ve ſacerdotibꝰ miſeris
proditoribus ſocijs. qui xp̄m iterum (q̄ntum in eis ẽ) crucifigunt ⁊ ſan
guinẽ teſtamẽti pollutum ducunt. Qui manibus pollutis. oculis im/
pudicis. ore venenato. corde impudico. interdũ ad reuerẽdũ ſacramẽtũ

non reuerēter accedunt. angelos aſſiſtētes offendunt. ⁊ de ſingulari me-
dicina ſibi miſerabilit̄ acquirūt eternā damnationē. Cauete vobis p̄-
latuli. voratores ut catuli. mortem non attēditis. qui fauorem vendit̄.
Dant nūmmi. pcurant puuli. ſ. ideote. irregulares. excōmunicati. giezi-
te. ebrioſi. luſores. nunq̄ caſti. ſp̄ inceſti. ve vobis. ve ⁊ ſemp̄ ve

Dominus tranſiens de hoc mūdo ad patrem eccl'iam. quaz ſuo
ſacratiſſimo ſanguine redemit fratribus ſuis. ſ. ſacerdotibus re-
gendā commiſit dicens. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. ite-
rum relinquo mundū ⁊ vado ad patrem. vos oues meas cuſtodite pro
q̄bus ſanguis meus effuſus eſt. Quanta ſit dignitas ſacerdotalis. ſcꝫ
officij ⁊ ordinis audiamus ⁊ videamus. Quantumcunq̄ eīm ſit aliq̄s
bonus. tñ non pōt conficere corpus xp̄i niſi ordinatꝰ fuerit. vt officij ſa-
cerdotalis exhibeat miniſteriū. dei aūt eſt officiū tribuere ⁊ bñdictiōes
Vñ Aug̃. Sacerdotes non ꝓpria virtute bñdicunt. ſed quia xp̄i figu-
ram gerūt. ⁊ propt̄ eum q̄ in ipſis eſt. bñdictionis tribuūt plenitudinem
O ſacrū ⁊ celeſte myſteriū. qđ p̄ vos pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus mirabil'r
operatur. credimus q̄ poſt deū nō eſt tanta gr̄a ⁊ ptās ſicut eſt veſtra. vñ
Bernar. Sup̄ ptāte veſtra ⁊ tam inſigni ꝑuilegio veſtro ſtupet celū. mi-
rat̄ terra. contremiſcit dyabolus. abhorret infernus. veretur homo. vene-
rat̄ plurimū angelica celſitudo. q̄ vno eodemq̄ momēto deus qui preſi-
det in celo. in manibus veſtris eſt in ſacrificio. Sed vñ hoc dulciſſime ⁊
pijſſime iheſu vt ſacerdotes qui ſunt vt nos vermiculi ⁊ puluis ⁊ cinis
te pñtem habere mereant̄ pre manibus. pre oculis. qui totus ⁊ integer ſe-
des ad dexteram patris. qui vnius hore momento a ſolis ortu vſq̄ ad
occaſum. ab aquilone vſq̄ ad auſtrum preſto es domine. Certe non ex
debito. non ex merito. ſed ex voluntatis tue beneplacito preparaſti te in
dulcedine tua pauperi deus. ſcilicꝫ ſacerdoti. Hec eſt vere celeſtis indul-
gentia. hec eſt cumulata gloria. hec eſt vere ſup̄excellens gratia. ſacerdo-
tem tenere deum in manibꝫ. nullis angelorū. nullis archangelorū. nullis
ſpiritibus. ſed hominibus. non omnibus. ſed tantū ordini veſtro com-
miſſam eſſe credimus celebrationem tanti myſterij. vt conſecratꝰ in ſa-
cerdotem prorſus idipſum conficiat in altari. quod chriſtus in cena paſ-
chali confecit manibus ſuis In altari quippe ſacerdotum ore ⁊ manibꝫ
conficitur chriſti corpus. non creatur. non naſcitur. ſed quod totū in dex-
tera patris eſt. totum in manibus. totum in ore ſumentis. vnus in mul-
tis ⁊ diuerſis. O ſacerdos. tu es ſacer dux. ſacra docens. ſacrum dans.
Sacer dux in exhortatione. ſacra docens in participatione carnis ⁊ ſan-
guinis chriſti. ſacrū dans pro deo exemplum viuendi ceteris. Ut am-
plius mouearis immo vt magis incaleſcas in amorem tui redemptoris
voluit xp̄us vt iugiter coleretur p̄ tuum myſterium. quod ſemel offere-
batur in mūdi precium. ⁊ perhennis illa victima viueret in memoria. ⁊
ſemp̄ erit in gloria patris. Unde Moyſes rogauit dominum quondā
dicens. Oñde mihi teipm dñe ꝛc. Sed tibi nō ſolū oñditur. ſꝫ in ma-

nibus tuis ſe tradit. Delectari ergo debes o tu ſacerdos ⁊ gaudere in ſa-
cramento altaris. in cuius cõfeſſione fidelis miſter inuenit in medio pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti aſtantibꝫ ex oĩ latere ſupnis ordinibꝫ angeloꝝ ſacra-
mentũ ꝑnotabile myſterium ſupexcellentis glĩe. videt ⁊ ſentit ſacerdos
filiũ dei frẽm ſuum ⁊ amantiſſimũ cuiꝰ veraciter carnẽ ⁊ ſanguinẽ tenet
vñ pſal. Narrabo inqͣt nomen tuũ fratribꝫ meis. Videt ⁊ ſentit ſpiritũ-
ſanctũ a patre ⁊ filio ꝓcedentẽ. domeſticum eſſe ſocium factorẽ ⁊ diſpẽ-
ſatorem ſuum. qꝛ ipſe vere ꝯſolatoꝛ penitentium. ⁊ aduocatus oĩm in ſe
ſperantiũ. Videt verũ deum ⁊ ſentit ſpũaliter angelos ⁊ oẽm celi celoꝝ
ſenatum ſibi applandentẽ. ⁊ vt ꝯciuis eoꝝ aſcribi mereat̄ Ibiqꝫ celebra-
tur familiare colloquiũ inter deum ⁊ moyſen amicum ſuum. i. fidelẽ mi-
niſtrũ. Penſa igitur iugiter. amplectere ſuauiter. repone fideliter q̇d au-
dis. q̇d agis. q̇d legis. quid tenes. Calix ſepulchꝛum xp̄i. patena lapi-
dem ſuppoſitum. coꝛpoꝛale ſudarium. Subtractoꝛia coꝛpoꝛalia linthe-
amina q̇bus inuolutus fuit xp̄us ſignificat. Hoſtia quam vides nõ eſt
panis. ſed caro ⁊ ſanguis eius q̇ pependit in cruce pꝛo mundi vita. Iaꝫ
oculis tuis vides panem angeloꝝ qui neſcit putreſcere. non vadit in ſe-
ceſſum. ſed ducet te in excelſum. illuc reducet te vnde retraxiſti imaginẽ
Hoc itaqꝫ ſacramentũ ab eterno in celo repoſitum. ſed dyabolo penitꝰ
celatum. ꝓphetis q̇buſdam reuelatũ. ſollicitudini ⁊ ſanctitati veſtre eſt
traditum ⁊ ꝑ om̄ia donatum. Quis vidit talia videant oculi ne miren-
tur. quia omnia ſicut voluit fecit. O ſacerdotes quantũ eſt ꝙ in eleuati-
one manuũ veſtraꝝ. capita regum inclinantur. ꝙ reges ⁊ regine vobis
munera offerunt. Om̄is eccl'ia vos patres ꝯfitetur ⁊ expectat interceſ-
ſores. In quoꝝ priuilegiati amoꝛis pꝛemium datũ et dictum eſt petro
Paſce oues meas. in ſingularitate poteſtatis datum eſt ⁊ dictũ eſt apo-
ſtolis. Quodcũqꝫ ligaueris ſup terrã. ⁊c̄. Penſate q̄ntum eſt hoc maxi-
mũ. ſ. ſi ad legationẽ angeloꝝ aſcenſus hoĩm expectat̄. q̄ntum g̊ eſt ſi ad
arbitriũ hoĩm aſcenſus inclinat̄ angeloꝝ. Audite veſtri officij dignita-
tem. cautelã ⁊ cõſtantiã. cũ dixit elegi vos ⁊c̄. officium vt cum dixit ea-
tis. cautelam. vt cum dixit. fructũ afferatis. conſtantiã. vt cum dixit. fru-
ctus veſter maneat. Vobis etiam dcm̄ eſt Ite in oꝛbem vniuerſum ⁊c̄.
Electi g̊ eſtis vt eatis ergo periculoſum eſt vobis ſtare. periculoſius ſe-
dere. periculoſiſſimum eſt iacere

Recoꝛdoꝛ me legiſſe ꝙ accidit in burgundia. cum ſacerdos qui-
dam veniret ſinodũ tranſiens ꝑ mediũ nemoꝝ. obuium habuit
dyabolũ in figurã hoĩs trãſfiguratũ. quem cum ſalutaſſꝫ tradi-
dit ei litterã quandã clauſam tradendã ep̄o vt vniuerſis rectoꝛibꝫ in il-
la ſinodo congregatis. Quam cum aperuiſſet epiſcopus in p̄ñtia omni-
um fecit legi Tenoꝛ aũt illius littere erat iſte. Rectoꝛes tenebraꝝ recto-
ribus eccleſiarum ſalutem. Mandamus vobis ꝙ multum diligimus
vos. quia quodcunqꝫ vob ꝯmittit̄. ad infernum cum magnis glomera-
tionibus deſtinatis Item alibi dictum fuit epiſcopo peruerſo a xp̄o do-
mino. Quando mihi reduces animas quas cum pꝛauo exemplo dam-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nificaſti. Bernardus Timeant clerici miniſtri eccleſiarum. qui in terr͛ res
ſanctorum quas poſſident tam inique gerunt. vt ſtipēdijs que ſufficere de
beant minime contenti. ſupflua quibus egeni ſuſtentari deberent. impie
tate ſacrilegij ſibi detinent. ⁊ in vſus ſuperbie atqꝫ luxurie victum pau
perum cōſumere non verentur. duplici iniq̄tate peccātes. ſcꝫ et qꝛ aliena
diripiunt. ⁊ ſacris in ſuis vanitatibꝫ ⁊ turpitudinibꝫ abutuntur. Heu
hodie non paſcunt paſtores oues. ſed ſeipſos. ꝓpter quod cōminatur eis
dn̄s damnationem. Ezechielis. xliij. Ve paſtoribus hieruſalem. qꝛ paſ/
cebant ſeipſos. ⁊ oues nō paſcuntur a paſtoribus a quibus paſci debe/
rent. vnde Bernardus. Conuenit bonitas amabilem. ſcientia diſcibi/
lem. diſciplina ymitabilem reddunt: Scientia ⁊ diſciplina bonitatez at
trahunt. ſcientia corrigit ⁊ diſciplina paſcit. Debet autem quilibet pre
latus ⁊ religioſus et clericus qui alijs p̄eſt ſollicit⁹ eē q̄liō deo oīpotēti
placeat in puritate ſue conſcientie. Bernar. Manducare ſpiritualr̄ cor
pus chriſti. eſt paſſionis et redemptionis eius attentius recolere ſacra
beneficia ad ſumendum ſuauiter in conſcientia. ⁊ recolenduz fideliter in
memoria. Auguſtinus. Quotidie corpus chriſti ſumere nō laudo nec
vitupero. Hoc eſt ſignum ſepe communicandi. cum de perceptione hu/
ius ſacramenti timor ſeruilis minuitur. ⁊ incendium charitatis plus au
gmentatur. Sed per hoc aliqui retrahuntur cum de communione de/
uotionem et conſolationem ſingularem non ita percipiunt prout eis be
neplacitū foret. Et hi magis ſua q̄z q̄ dei ſunt videntur querere.

Venerabilis ſanctitudo manuū ſacerdotum. O felix exercitiuz
o o mundi vere gaudium. vbi ima ſummis iunguntur. cum xp̄s
tractat chriſtum. ſacerdos dei filium. tibi delicie ſunt eſſe cum fi
lijs hominum. vnde Petrus in canonica Vos eſtis genus electum. re
gale ſacerdotium. gens ſancta. populus acquiſitionis. Auguſti. Vos
eſtis inquit genus electum. non ſolum electione tempalis p̄lationis. ſed
vt ſpero electionis eterne predeſtinationis Vnde Apoſtolus. Elegit
eos ante mundi conſtitutionem. qui nondum erant niſi p̄deſtinati. Au/
guſtinus. Quomodo elegit eos ante mundi conſtitutionez. qui nondū
erant niſi predeſtinando Gregorius. Predeſtinatio nihil aliud ē q̄z gra
tie preſentis ⁊ glorie futurre preparatio. Auguſtinus. Quatuor em̄ re/
quiruntur ꝓprie ad preparationem gratie preſentis ⁊ predeſtinationez
glorie future. Primū eſt voluntas tribuentis. Secunduz eſt libertas
voluntatis. Tercium eſt predeſtinatio non exiſtentis. Quartū eſt meri
tum accipientis. alioquin nec gratia in preſenti. nec ſequetur gloria in fu
turo. Vnde apoſtolus. Quos preſciuit hos ⁊ predeſtinauit cōformes
fieri hymagini filij dei. ſcꝫ ſacerdotis in tanti miſterij miniſterio. Idem
Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit hos et iuſtificauit
et quos iuſtificauit illos ⁊ magnificauit. Gloſa. In predeſtinatione eſt
gratia. in vocatione potentia. in iuſtificatione leticia. in magnificatione
gloria. Vnde vos ſacerdotes eſtis genus lectum

# Stella

Auguſtinus. O preſbiter ſiue ſacerdos. ſicut deus te elegit ꝛ p̄e
legit reddere rōem villicatiōis tue. in quā vel quod tu in hoc ſe
culo eligeris. dum deus electionē a te requiret. non eſt dubiū da
re an ſacerdos ſit angelus an dyabolus. Si vixerit in caſtitate corpo-
ris ꝛ anime ꝛ humilitate eſt angelus Si vixerit econuerſo eſt peior dya
bolo. ꝛ hoc eſt horribile valde malis preſbiteris. O ſacerdotes conſide
rate veſtre dignitatis dulciſſime excellentiā. quia vos dn̄s ditauit pre
omnib⁹ ceaturis. Honorandi ſunt quippe ſacerdotes. q̄bus dn̄s tantā
in mūdo pre omnib⁹ contulit grām ꝛ honorē.

Sapientia. Ecce cōputati ſunt. ſcʒ ſacerdotes inter filios dei. et
inter ſanctos ſors illoꝝ. ſcʒ ſacerdotum. Merito ergo gaudete
et benedicite vos ſacerdotes dn̄i dn̄o. laudate ꝛ ſuperexaltate euʒ
in ſecula. qui vos ad tantā dignitatem ꝛ grām elegit. Et grās agite ei
pro tantis beneficiis pn̄tibus p̄teritis ꝛ futuris. et eternalib⁹ temporali
bus ꝛ ſpūalibus. ꝛ rogate ſuppliciter dicentes. Confirma hoc deus qđ
operatus es in nobis p̄ immenſam grām tuā in pn̄ti. ꝛ preſta vt cū om
nibus nobis commiſſis ꝛ omnib⁹ fidelibus. ꝛ cum omnib⁹ ſanctis ꝛ an
gelis tuis in futuro regno celoꝝ cōfiteamur nomini tuo ſancto. ꝛ glori-
emur in laude tua in eternū

Dominus noſter pontifex de veſtib⁹ ſacerdotalibus miſticaꝫ vt
ſummus ſacerdos camiſiam induit in almo vtero. ſcʒ beate vir
ginis Marie. Miniſtri vero iudeoꝝ dederunt ei amictum ala
pis contextū. Herodes albam. qn̄ illuſit eum alba veſte indutum Mi-
niſtri pilati cingulū quādo flagellis ceciderunt eum. Dederunt ei pha
nonem. quando ligauerunt eum ad columnā. ſtolam ſputis contextam.
Caſulam. quando induerunt eum veſte purpurea dicentes Aue rex iu
deorum. Lanceam pro baculo. Crucem pro ſede epiſcopali. Spineam
coronam pro infula. Clauum in pedibus pro ſandalib⁹ Clauos in ma-
nibus pro anulo ꝛ cirothecis. Sicq̄ʒ ornatus pontifex noſter primo tē-
plum aſperſit. miſſam cantauit. Heli heli. poſtea indulgentiam dedit di
cens. Pater dimitte illis ꝛc̄. Prelati temere credunt ſibi cuncta lice-
re. Credidit ꝛ cayphas oīe nephas ſibi phas. Ve miſero mūdo. ve p̄ꝛ-
mo. ve ſcđo. Ve p̄ pontificū dedecus horrificuʒ. Pontifices muti. de iu
re ſuo male tuti. Quāuis cornuti non audent cornibus vti.

Nota ſex vicib⁹ fudit xp̄us ſanguinē ſuum pro nobis Primo in
circūciſione. ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis initiū. Scđo in ora
tione. ꝛ hoc fuit noſtre redemptiōis deſiderium. Tercio in fla-
gellatione. Quarto in coronatione. ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis meri
tū. quia liuore eius ſanati ſumus Quinto in crucifixione. ꝛ hoc fuit no
ſtre redemptionis precium. tunc em̄ que nō rapuit exſoluit. Sexto in la
teris apertione. ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis ſacramentum. quia in-
de exiuit ſanguis ꝛ aqua. Sanguis in remiſſionem peccatoꝝ. aqua ad
lauacrum baptiſmi ſacrificandū.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Clericorum

¶ Finit ſtella clericoꝝ feliciter ¶.

## In laudem libelli

Aſpice pn̄tis o clerice dicta libelli
  Nomen paſtoris quiſquis habere voles
Terrenis nunꝙ̄ vel paucum rebus adhere
  Hunc mundū ſpernens. celica ſola pete
O quanta mentis acie ꝑpendere debet
  Is. qui paſtoris accipit officium
Ne pro diuitijs curam ſibi vendicet ipſe
  Et non vt populo dogmate ſubueniat
Crede. tuo dabitur merces condigna labori
  Apte ſi ꝓprium rexeris ipſe gregem
Illicitus ſi cecet amor te diuitiaꝝ
  Letheas ditis ingrediere domos
Labitur ex vero ſi quis tuus agnus ouili
  Ad xp̄i caulam dulcius hunc reuoca
Verus paſtor oues ad ſummū ducat ouile
  Terrenos cum artus ſpiritus exuerit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Quid enim est corpus nostrum nisi quasi de terra factum
Et cito in terram pulverem [?] redigendum

Dicit beatus Augustinus Equalis dei pietas qua nulla potest
superare iniquitas vel impietas

Nolite iudicare ut non iudicabimini

Nolite condemnare ut non condemnabimini · quasi si ex
humana fragilitate contingat forte vos quemquam suspiciose
iudicare nolite tamen condempnare id est dignum aliquem
dampnatione deferre. Nam qui hodie est peccator cras
erit confessor. Seu quasi facile est in oculis domini subito
honestare pauperem [illegible] Ecclesiastici xi. Sed tamen multi non advertentes
sed faciliter unde illum · nunc alium condempnant etc.

Dicit dominus ieremie · viii
[illegible] Nullus est qui agat penitentiam super
Ieremias · viii · peccato suo dicens

Mulier cum parit tristiciam habet Quia sicut
mulier dum parit dolet amarissime sed cum
peperit gaudet et se sentit alleviatam
Ita persona gravida peccato ante confessionem et tempore
confessionis tristis est et amara Sed confessione finita
videtur quasi [illegible] liberatus. Unde animus
homo post confessionem sentit se alleviatum pondere
peccati precedentis · Unde dicit Iudith · viii ·
Quia patiens est dominus. penitentiam et eius
indulgentiam fusis lacrimis postulemus

Homo est sicut vadens · [illegible]
et non [illegible] de ipse apud [illegible]

Seneca dicit Unumquodque seorsum ipse [illegible]

Quicquid agis prudenter agas
et respice [illegible]



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Quid enim est corpus

Et cito / in terra

Dicit beatus Augustinus

Nolite condemnare

humana fragi

judicare

dampnatione de

erit confessio

honestate

sed

B. V 7

nulla potest

impietas

dicabimini

i. qd. si ego

quemque suspicione

quid aliquem

est peccator erat

solito

multi ad indicandum

Jeremie viij

penitentiam super

suo dicens

valet. Sicut

carissime

confessionem et tempore

sed confessione finita

Vide enim

altercatur ponderere

dicit Judith viij

et eius

possibilis

se apud

gra.